

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Christophori Hundeshagen ... Quaestionum Logicarum Pars ...

Hundeshagen, Johann Christoph

Jenae, 1670

Quaestio XIII. Quaeritur, quomodo Contradictio formalis & Virtualis inter se differant?

urn:nbn:de:bsz:31-102789

non. Istud patet inductione. *Brutum* enim & *homo* sunt virtualiter Contradictoria sub eodem genere, nempe *animali*, & omnia Opposita, quæ virtualiter sibi contradicunt, conveniunt aut in genere, aut in subjecto, aut in utrôque simul. Hoc ex eô clarum est, quod in *formali Contradictione* alterum extremum est negatio simplex alterius; quomodo autem sic posset subjectum aptum, præquirere? quomodo etiam posset præsupponere genus, cum *Ens* & *non Ens* genere convenire nequeant.

§. 4. Differunt (4.) quod *formalis Contradictio* ob hoc ipsum tam lata est, ut semper alter ù extremorum de quôvis dici possit, sive ente, sive non-ente. *Virtualis* verò *Contradictio* tam angusta est, ut ejusdem extrema ne quidem de omnibus entibus dici possint, sed tantum de iis, de quibus genus vel subjectum, sub vel in quô continentur, verificari potest. Sic *homo* & *non-homo* formaliter sibi contradicunt: ideò non minùs de *Chimærâ*, quàm de *mensâ* verum est, quod quia de eâ dici nequit, quod sit *homo*, dici debeat, quod sit *non-homo*, sive quod *non sit homo*. Sed *homo* & *brutum* virtualiter solum sibi contradicunt: ideò neque de *Chimærâ*, neque de *mensâ* verum est, quod, quia non est *homo*, sit *brutum*; sed tantum de *animali* ita procedere licet.

§. 5.

De
§. 6. Di
floria virtu
munem habe
pariter imm
quod licet ea
cunt, ita sint
quod cunque
dici simul qu
de quô utrum
allici medi
lent. Sic effi
cū simul poss
ritus & uxore
quô utrumq
um nec br
xor est, aut
§. 7. Ab
nâ *Contradictio*
men ipsi im
que determi
subjectum,
§. 8. Di
formalis rec
positio, quia
in genere, ne
ullam, quod
abnegationi
dictio Virtu
Quomodo e
posset, cuij

§. 6. Differunt (5.) quod utut Contradictoria virtualia cum formaliter talibus communem habeant *repugnantiam*, non tamen pariter *immediationem absolutè*: hoc est, quod licet ea, quæ virtualiter sibi contradicunt, ita sint comparata, ut nihil dari possit, quodcunque etiam illud sit, de quò utrumq; dici simul queat, dari tamen possit aliquid, de quò utrumque verè negetur, quod Scholastici *medium per abnegationem* vocare solent. Sic etsi nihil omninò detur, de quò dici simul possit, quod sit homo & brutum, maritus & uxor &c. Datur tamen aliquid, de quò utrumque verè negari possit. Lapis enim nec brutum, nec homo, nec maritus, nec uxor est, aut esse potest.

§. 7. Absoluta immediatio non convenit Contradictoriis Virtualibus, convenit tamen ipsis immediatio limitata restricta atque determinata, scilicet ad istud genus vel subjectum, sub vel in quò continentur.

§. 8. Differunt (6.) quod Contradictio formalis rectè vocatur *omnium maxima oppositio*, quia scilicet ejusdem membra neque *in genere*, neque *in subjecto* conveniunt, nec ullam, quodcunque etiam illud sit, medium abnegationis admittunt. Econtrà Contradictio Virtualis titulò hòc superbire nequit, Quomodo enim ea Oppositio maxima dici posset, cujus membra vel genere vel subjectò,

Z +

vel

vel utrôque simul conveniunt, & extra illud
media quamplurima admittunt.

Quaestio XIV.

Queritur, an & quomodo differant
Contradictoria & Privantia?

R Esp. Differentia Oppositionis Contradi-
ctoria & Privativa in eò consistit, quod
in Contradictoria alter terminus ponit, id
alter tollit, i. e. negat *totaliter* absque *respe-
ctu* *subjecti* *capacis*. At Privatio tollit tan-
tùm formam subjecti, ponit verò seu non,
tollit *subjectum*, cujus respectu altera pars
Privativa Oppositionis est *ens positivum*.
Obiter id observandum contra negantes,
peccatum privationem etiam esse, ideò
quod peccatum negetur esse in rerum natu-
rà, si dicatur esse *Ens privativum*. At Priva-
tio ponit subjectum, & sic non est nihil nega-
tivum, unde etiam peccatum non negatur,
esse in rerum natura.

Quaestio XV.

Queritur, quinam sunt modi
Prioritatis?

§. I.

Juxta Aristotelem c. 12. categ. PRIUS quin-
que modis dicitur, qui continentur in isto
trito versiculò:

Tem-

Tempore
Et

§. 2. (1)

dicitur, que
prior hinc

§. 3. (2)

consequent

sed ipsum v

binarius pri

ut sit numer

sed ad hoc,

narius, Un

habet tria n

sed non rec

duo millia.

§. 4. T

superiore re

genere respe

vidui. Unde

mo prior e

est, E. anim

animal est.

Petrus est.

Homo est.

multa caut

nim omnes o

dam ad qu

DEUS est p

cultro: seq

est; culter e